

PARTIS GENERALIS

TABULA V.

De Corporum mundanorum communibus Phanomenis, in Variâ Sitûs mutatione Consistentibus. *orient. orb. p. 228*

Integer, & Absolutus, totum circulum in Cælo absolvens, & in perfecto stellæ, à certo quodam puncto ad idem [specialiter ab ortu per meridiem in occasum, & inde per mediam noctem in ortum, secundum Equatoris ductum] continuato reditu consistens; qui *Motus* aliàs *primus* appellari solet, item Diurnus; ac à stellis fixis præcisè intra 24. horas absolvitur, horas tamen non solares, sed primi hujus mobilis, insensibiliter Solaribus minores.

Cardinalis, cum stella ascendit in ipso vero Orientis aut Occidentis puncto; qualis est omnium stellarum Equinoctialium, & Solis in Equinoctio: Unde & *Ortus* ac *occasus Equinoctialis* dici solet.

p. 229

1. ad Horizontem, ortus sc. & occasus, qui est accessus stellæ vel puncti ad Horizontem ortivum vel occiduum. Estque uterque vel

Collateralis, qui contingit extra ista puncta Cardinalia, plus minus in Austrum vel Septentrionem, qualis est stellarum extræquatorialium & Solis, ætatis præsertim ac hyemis tempore: diciturque distantia collateralis hujus ortûs ab ortu Cardinali (quam Arcus Horizontis intercepit mensurat) *Amplitudo ortiva & occidua*, ut *o* vel *m* in Fig. 19. prout anteced. Tab. jam dictum est. *Cæterum*

p. 230

PROBL. 12. stellæ cujusvis, præsertim ☉, ♃ & reliquorum Planetarum Ortum & Occasum & tempus utriusque, Amplitudinem item Ortivam & Occiduam, determinare licet, dummodò (præparato globo ad Cæli faciem representandam, juxta *Probl. 11. num. 1. 2. 3. 4. &c.*) stella data admoveatur Horizonti tum Ortivo tum Occiduo, & in horario indice hora desiderata, in Horizonte gradus amplitudinis, numerentur.

Nota. Sicut in Sphæra recta omnes stellæ oriuntur & occidunt, in Parallela nullæ præter planetas: ita in Sphæris obliquis omnibus aliquæ nunquam occidunt & *Semper-apparentes* dicuntur, ut in nostra Urta major & minor &c. aliquæ nunquam oriuntur & *Semper-latentes* audiunt, ut apud nos australes multæ: quas utrasque quidem in quavis Sphæra obliquitate oculis ipsis subjicit globi, ad datum locum; per *Probl. 9.* præparati, revolutio.

Cosmicus, cum stella oriente Sole simul oritur, aut è regione occidit; quemque aded,

p. 230

PROBL. 13. ostendit globus, quo tempore scilicet in stellis singulis contingat, si data stella adducitur ad Horizontem tum Ortivum tum Occiduum, ac utrobique notatur gradus Ecclipticæ Horizontem ortivum præcisè stringens. Huic enim gradui in Calendario Horizontis respondet dies & mensis quo ☉ eum gradum obtinet, datamque stellam *Cosmicos* in primo casu *oriri*, in secundo *occidere* facit.

Acronychus, sive *Acronychus*, cum stella occidente Sole è regione oritur aut unâ occidit. Estque pariter

p. 231

PROBL. 14. monstratu per globum facilis, quo nempe tempore cuius stellæ contingat; Si data stella adducatur iterum ad Horizontem tum Ortivum tum Occiduum, ac utrobique notetur gradus Ecclipticæ in Horizonte occiduo præcisè consistens. Huic enim gradui in Calendario Horizontis respondet mensis & dies quo ☉ eum gradum obtinet datamque stellam *Acronychè* tum *oriri* in casu primo, tum *occidere* in casu secundo facit.

PROBL. 15. Quod si contrâ ad datum quemcunque mensis diemque scire velis, quæ stellæ tum *Cosmicè* tum *Acronychè* orientur & occidant; excerptum è Calendario locum ☉ admove, in casu primo Horizonti ortivo, in secundo *Occiduo*, & uterque Horizon ostendet tibi stellæ desideratas.

Heliacus; *Occasus* sc. cum stella, radiis Solis vicinioris immersa, in Horizonte conspici posse primùm desinit: *Ortus* contrâ cum emergens iterum è radiis Solaribus, in Horizonte rursus conspici posse incipit. Sed de his plura dicentur in speciali contemplatione Planetarum, in quibus præcipuè notantur hæc Phanomena,

p. 17

Communis omnibus, qui potè spectari potest vel

Alterum Phanomenorū seu Apparentiarum cælestium genus est *Situs* varia *Mutatio*, h. e. *Motus*, qui duplex præcipuè in astris omnibus observatur; Alter sc.

vel secundum partes saltè, prout ad certam quædam corpora aut circulos referatur e.g.

2. ad Horizontem, & Solem Simul, qui dicitur *Ortus* & *Occasus Poëticus*, quod olim Poëtæ, Calendariis & fastis destituti, per hujus circumstantias tempora descripserint. Estque vel